



¶ Cum autem fuerit luna in capite vel cauda draconis: vel prope
 metas supra dictas: et in coniunctione cum sole: tunc corpus lune
 interponitur inter aspectum nostrum et corpus solare. Unde ob/
 umbrabit nobis claritatem solis: et ita sol patietur eclipsis: non quia
 deficiat lumine. sed deficit nobis propter interpositionem lune inter
 aspectum nostrum et solem. Ex his patet quod non semper est eclipsis solis in
 coniunctione siue in nouilunio. ¶ Notandum etiam quod quando est eclipsis
 lune est eclipsis in omni terra: sed quando est eclipsis solis nequaquam:
 imo in vno climate est eclipsis solis: et in alio non. quod contingit